



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 38. Senatus edicta pro Philippo, & contra Hæreticos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

que possidebant, gravibus verbis ad- **Sæc. XVI.**
 monebat, ut eorum, qui in Scriptu- **A.C. 1554.**
 ris sacris de hoc genere sacrilegii no-
 tantur, metuant exitium ac severissima
 Dei omnipotentis in tales judicia per-
 pendant, licet Ecclesia suum jus se-
 cundum Canones ob temporum ini-
 quitatem non prosequatur: insuper in
 eodem scripto cum omnibus intra gra-
 dus ab Ecclesia prohibitos conjugatis
 siebat dispensatio, nec minus declara-
 batur, quod matrimonium, & proles
 sint legitimæ, necnon Episcopi omnes,
 qui religione essent catholici, in prio-
 ri schismate facti, ipsique novi Episco-
 patus, quorum sex Henricus tempore
 schismatis erexerat, confirmantur.
 Cuncta hæc Regii Senatus auctoritate
 fuerunt confirmata.

§. XXXVIII.

*Senatus edicta pro Philippo, &
 contra Hæreticos.*

Absoluto reconciliationis negotio uni- **Burnet t. 2.**
 versum Regnum Sedis Apostolicæ **t. 2, p. 443.**
 obsequio sese penitus devoverat, ex-
 ceptis quibusdam malevolis, qui hæ-
 reticis doctrinis assueti nomen, aucto-
 ritatemque Pontificis abhorrebat. Ni-
 hilominus Senatus edictum promul-
 gabat, vi cuius leges a Richardo II,
 Henrico IV. & V. contra hæreticos con-
 ditæ

Sæc. XVI. ditæ innovabantur. Hujus rei con-
A.C. 1554. filium suggerebant inferioris Curiæ Pa-
tres, nec minus paulo post in eodem
foro agebatur de alio edicto, vi cuius
cunctarum solemnium nuptiarum, quas
Sacerdotes contraherent, denuntia-
tiones irritæ declarabantur: Cum vero
potissimi hoc edictum reprobarent,
veriti, ne exinde hæretici magis in
rabiem agerentur, hinc aliud conde-
batur, quod die decima nona Decem-
bris ad superioris Curiæ Proceres fuit
transmissum: verum illi hoc quoque
edictum rejiciebant, eoquod illud quam-
plurimas bonorum Ecclesiasticorum alie-
nationes tam ab Episcopis, quam a
Sacerdotibus conjugatis factas tanquam
irritas declarasset. Postea fuit sanctum,
quænam, & quot delicta censeantur
esse læsæ Majestatis crimina, simulque
statutum, quod is, si qui Philippo Re-
gis Angliæ titulum æque, ac Mariæ
prærogativam Reginæ de jure competere
negaverit, aut illum titulum eidem de-
mere præsumperit, ad perpetuos car-
ceres damnetur, omnibus ejus bonis
Regis ærario addictis. Porro cum Phi-
lippus se prolium ex conjuge sua su-
sciendiā tutelam gesturum, re-
gnumque administraturum polliceretur,
usque dum masculus coronæ hæres
decimum octayum, fœmina vero deci-
mum

mum quintum ætatis annum attigisset, Sæcul. XVI.
 hinc fuit statutum, ut perduellionis A.C. 1554
 reus esset, quiscunque toto hoc tem-
 pore in Regis vitam quidquam machi-
 natus fuerit. Pariter mortis pœna
 contra eos decernebatur, qui illa pre-
 cum formïla uterentur, vi cuius Hæ-
 retici Deum rogarunt, ut cor Reginæ
 moveret ad detestandam idololatriam,
 atque amplectendam fidem Orthodo-
 xam, aut saltem illius vitæ cursum
 abscindere, illamque prompte vivis eri-
 pere dignaretur.

§. XXXIX.

*Papæ autoritatem timentes a Gar-
 dinero Cancellario metu
 liberantur.*

Conditis adhuc aliis legibus, Senatus
 die decima sexta Januarii Anno Do-
 mini millesimo quingentesimo quinqua-
 gesimo quinto Sessionibus suis finem
 imponebat: ut vero illi, qui Papæ au-
 thoritatem verebantur, solatio affice-
 rentur, hinc Cancellarius eisdem hæc
 exponebat: „Angliæ Reges hucusque
 „semper Sacram Sedem honestis limiti-
 „bus circumscriptam venerabantur, ea-
 „propter nunc minus, quam unquam
 „alias de illa quid sinistri timendum,
 „eoquod hodie omnes Principes insu-

Hist. Eccles. Tom. XLII. E perha-